



BOLETIN DEL CLERO

DEL

OBISPADO DE LEON.

GOBIERNO ECLESIAÍSTICO DE LA DIÓCESIS DE LEÓN.
SEDE VACANTE.

CIRCULAR.

Con el corazón hondamente afligido, os dirigimos hoy nuestra palabra A. H. en el santo Ministerio, para comunicaros los horribles sacrilegios cometidos en esta amada Diócesis durante el corto período que desempeñamos en ella el cargo de Vicario Capitular.

Los pueblos de Castromudarra, Boñar y Villota del Páramo han sufrido la dolorosa impresión de ver arrancadas por manos impías las puertas del tabernáculo santo donde mora el Dios de la Magestad y de la Gloria, profanadas las sagradas formas y robados sacrílegamente los cálices y vasos destinados al culto Divino.

Semejantes abominaciones llevadas á cabo en tan breve espacio de tiempo, han llamado poderosamente nuestra atención y no han podido menos de llenar de amargura nuestra alma al considerar cómo se provoca la justicia de Dios nuestro Señor, con tan sacrílegos crímenes.

Por lo cual, después de haber derramado nuestro corazón en la presencia de Dios, hemos creído de nuestro deber dirigiros la presente circular para exhortaros á que nos ayudeis con vuestras oraciones á desagraviar al dulcísimo corazón de Jesús ofendido por estos enormes sacrilegios y á fin de que exciteis á los pueblos encomendados á vuestra solicitud pastoral, á detestar vivamente estos gravísimos pecados ponderándoles la gravedad del sacrilegio y cuanto provoca á Dios nuestro Señor, que derrama por eso sobre los pueblos la copa de su ira en tantas calamidades públicas, de que somos testigos.

Y ciertamente, la profanación de los dias de fiesta, la profanación del Santo Nombre de Dios por la blasfemia, la profa-

nación de las personas, cosas y lugares consagrados al servicio de Dios, pecados de que se ha hecho particularmente reo nuestro siglo, tienen especialísima gravedad y arman el brazo de la ira Divina excitada grandemente por tantas profanaciones y robos sacrílegos.

Es cosa verdaderamente desconsoladora A. H. que cuando el lujo y la disipación constituyen uno de los principales caracteres de la época que alcanzamos y mientras los mundanos y poderosos de la tierra levantan suntuosas moradas y viven con una esplendidez pasmosa, los templos del Dios vivo están en su gran parte ruinosos, las Iglesias pobres y miserables y los pocos vasos sagrados que nos van quedando, de tantos que nos legó la piedad y largueza de nuestros antepasados, son objeto de sórdida avaricia y de pillaje. Estos sacrilegios, que en aquellos tiempos hubieran llenado de consternación y de luto á la Nación entera, repetidos hoy con una frecuencia que desgarrá el alma, apenas causan impresión alguna en nuestra España, que demuestra así cuán dolorosamente va degenerando de la fé y religiosidad de nuestros mayores.

Humillémonos, pues, A. H. delante de Dios, justamente indignado por tan gravísimos crímenes, lloremos entre el vestíbulo y el altar y santifiquemos nuestras almas de tal suerte que seamos dignos de tratar los sacrosantos misterios; no sea que nuestro poco respeto hácia ellos enoje á Dios de manera que nos coadene al castigo de ver profanados los altares en que servimos.

Con este triste motivo reproducimos y confirmamos las sábias disposiciones dictadas por los Ilmos. Prelados que han gobernado esta Diócesis, particularmente las que se insertaron en el BOLETIN de 6 de Mayo de 1876, encaminadas á impedir el robo y profanación de los vasos sagrados; y advertimos seriamente que estamos dispuestos á exigir la responsabilidad debida á aquellos Párrocos y Ecónomos que por haber faltado á tan prudentes disposiciones han dado ocasión á los sacrilegios que lamentamos.

León 14 de Setiembre de 1883.—Dr. Cayetano Sentís, Vicario Capitular.

Entre las muchas obras de santificación y de celo emprendidas y realizadas en esta Diócesis durante el último Pontificado, merece un lugar muy principal la fundación de una comunidad de PP. Capuchinos en el ex-convento de San Francisco, extramuros de esta ciudad. Merced á la generosidad del Ilustrísimo Prelado que acometió esta empresa verdaderamente importante, á la cooperación de la V. Orden Tercera y á la caridad de los Leoneses, nunca desmentida, se adquirió el edificio que

fué convento de San Francisco, cuya restauración se ha logrado á costa de inmensos sacrificios, decorandose el magnífico Templo abierto ya al culto con alegría y aplauso de todos los católicos.

Solo falta el último esfuerzo para que tenga feliz término el pensamiento del esclarecido Fundador y se vean colmados los deseos de todos, estableciéndose en aquel convento una numerosa comunidad de los humildes hijos del Serafín de Asís, que edifiquen á la Diócesis entera con el ejemplo de sus virtudes y sea un seminario vivo de misioneros que evangelicen y distribuyan el precioso don de la Divina palabra hasta los pueblos mas apartados de la Diócesis.

Con el laudable objeto de reunir limosnas y terminar muy pronto la obra emprendida, han salido del mencionado convento algunos PP. y hermanos para recorrer varios Arciprestazgos de la Diócesis.

Su Señoría el Sr. Gobernador Eclesiástico encarga á los señores Arciprestes, Párrocos y Eónomos de las parroquias que ofrezcan á los mencionados PP. santa hospitalidad y les presten toda su ayuda para que los pueblos contribuyan con sus limosnas á la realización de una obra en la cual tanto está interesada la Gloria de Dios y el aprovechamiento espiritual de los amados fieles Diocesanos.

De esperar es en Dios N. S., que la caridad cristiana, fecunda siempre en todo linaje de obras de santificación, lo será tambien en la presente; y que muy pronto tendremos la satisfacción inmensa de ver terminada la restauración del convento de San Francisco de Asís y establecida en él una numerosa comunidad de PP. Capuchinos, que sea el más poderoso auxiliar de los Prelados para promover y reanimar el espíritu católico, por desgracia tan abatido en los presentes tiempos.

COLLATIONES MORALES PRO MENSE OCTOBRIS.

1.^a

Confirmatio est veré et proprie dictum Sacramentum? Quos effectus producit? An sit necessarium ad salutem? Et supposito præcepto divino sub gravi recipiendi illud, quando urget obligatio?

Casus conscientie.

Elodia, matrona, christianorum officiorum sat incuriosa, ad provectam ætatem pervenit quin Sacramentum Confirmationis receperit, licet sæpius opportunitatem illud recipiendi habuerit, cum in civitate ipsa episcopali, in qua singulis annis ab Episcopo confertur, semper commorata fuerit. Illam pluries

induxit quidem Confessarius, ut, data nova opportunitate, tanto Sacramento se muniret; veritus est tamen eam sub gravi obligatione urgere, ne, prætermissa lege, gravius inde peccaret; agebat enim Elodia: «Quomodo jam senescens ego cum pueris et puellulis, Confirmationem receptura, accedere potero? Id sane præstandi, tantus mihi non erit animus.» Itaque factum est ut mulier paulo post absque Confirmationis auxilio aliis tamen Sacramentis munita decederet.

Casus liturgicus.

¶ Diaconus et subdiaconus se signant ad introitum cum celebrante, et si occurrant nomina Jesu, Mariæ, Papæ aut Sancti cujus festum celebratur, caputne pariter inclinabunt?

2.^a

Quæ sit materia remota et proxima sacramenti confirmationis. ¶ Benedictio Chrismatis ab Episcopo est necessaria ad validitatem sacramenti? Quid dicendum si oleum ab Episcopo benedictum fuerit oleo nucum immixtum? Minister hujus sacramenti utens Chrismate veteri seu non consecrato in ultima Cœna Domini agit valide et licite?

Casus conscientie.

Alvertus, Missionarius in regionibus infidelium, et donatus à Papa facultate Sacramentum confirmationis conferendi, oleo ab Episcopo benedicto, cum decurrente tempore Paschali, novum Chrisma, seu in ultima Cœna Domini consecratum, præ manibus non haberet, ad Confirmationem conferendam, Chrismate veteri, utitur. Sub inde satagit quidem, ut novum Chrisma quantocius obtineat; sed vix obtinuit, cum audivit mercatorem, qui illud subministraverat, oleum quidem olivarum vendidisse, sed oleo nucum in notabile quantitate immixtum. Quare anceps et duvius nescit quid sibi agendum sit. Aliquando vero, deficiente Oleo ab Episcopo benedicto, oleo non benedicto utitur.

Casus liturgicus.

Ubi et quomodo recitatur Kyrie eleison et *Gloria*, et an sedere liceat dum cantatur à Choro etiam Smo. Sacramento exposito?

3.^a

Quæ verba in forma Confirmationis sint essentialia? Quis est Minister hujus Sacramenti? Potest simplex sacerdos ex delegatione conficere Chrisma? Potest Episcopus confirmare fideles non subditos? Ubi, quando et quomodo teneatur ministrare hoc Sacramentum?

Casus conscientie.

Alvertus, Missionarius apostolicus, ad extremas Americæ plagas abiturus, obtinuit á Papa facultatem confirmandi eos omnes, quos ipse baptizaturus esset. Intra paucos annos, infideles bene multos in fide baptizat et confirmat. Dúm in festo solemni Sacramentum confirmationis conferret, ecce puer, quem ungere intendebat, inopinately retrospectit; et contigit ut, loco frontis, maxilam Confirmandi sacro Chrismate unxerit. Alias, dum pollice vulnerato signare frontes Confirmandorum non possit, digitum indicem, vel etiam pollicem sinistrum adhibet. Alias etiam frontem lepra infectam, juvante penicillo, inungit.

Casus liturgicus.

Quis vertet folia Missalis ad orationes, et quomodo, et si dicendum sit *Flectamus genua* quomodo se gerent ministri?

4.^a

Quis est subjectum sacramenti Confirmationis? Qualis ætas requiritur ad Confirmationem? Quæ dispositiones ad validam et licitam susceptionem? Potest et debet denuo Confirmari duvius de validitate aut susceptione Sacramenti hujus? Quid dicendum de qualitate *Patrini* et de cognatione spirituali?

Casus conscientie.

Catharina, pia mater, Parocho nuntianti illi adventum Episcopi ad ministrandam Confirmationem, dixit: Pater, non ducam ad ecclesiam duos ex filiis meis utpote incapaces unus ex defectu ætatis, alter veró mentis: sed afferam mecum tres alios, qui etsi jam confirmati, iterum confirmari oportet; nám primus peccati mortalis reus, ommissa confessione possibili, tantum contritus, Sacramentum recepit: secundus, falsó, sed bona fide putans se in caritate manere, etiam sine confessione confirmandus accedit: tertius demún orto duvio de validitate baptismi, iterum fuit baptizatus sub conditione, igitur tenetur etiam sub conditione confirmari.

Casus liturgicus.

Quæ genuflexiones fieri debent á Diacono et Subdiacono generatim tam ante, quam post consecrationem?

Quando et Subdiaconus vadit ut epistolam Quomodo accipit benedictionem, et quando deponit et resumit planetam?

ADMINISTRACIÓN DE CRUZADA. — CIRCULAR.

Rogamos con todo encarecimiento á los Rdos. Párrocos y Arciprestes que, por todos los medios que les sugiera su celo

y su prudencia, activen la recaudación de los fondos que tienen á su cargo y se apresuren á hacer la respectiva liquidación para que la Administración pueda sin tardanza, cual conviene, enviar las cuentas generales á la ordenación de pagos del Ministerio de Gracia y Justicia.

Sabemos de algun Párroco que, habiendo empleado los medios que el celo aconseja, no ha podido vencer la injustificada resistencia de algunos feligreses al pago de tan sagrada deuda: nos atrevemos á suplicar á esos celosos Parrocos que pongan una vez más en ejercicio sus caritativos y paternales sentimientos; y, si no lograsen alcanzar el resultado que se espera, envíen á esta Administración una nota detallada de los deudores y de las cantidades que adeudan; porque, contando con el beneplácito del M. I. Sr. Gobernador eclesiástico, estamos resueltos—por más que sea doloroso—á reclamar de la autoridad civil el apoyo que la ley nos otorga.

Aprovechamos esta ocasión para recordar que los Sumarios sobrantes de la Predicación de 1882 se recibirán en esta Administración como en años anteriores, hasta el día 15 del próximo mes de Diciembre, advirtiéndole que si no se remitiesen para ese día, los morosos han de responder del importe de los Sumarios que no hubiesen devuelto en tiempo oportuno.

León 17 de Setiembre de 1883.—V. S. Sánchez de Castro.

D E C R E T U M

URBIS ET ORBIS

Per Apostolicas Litteras in forma Brevis die 28 Julii superiore anno editas Sanctissimus Dominus Noster LEO PAPA XIII, sententiam confirmans specialis Sacrorum Rituum Congregationis a se constitutae, cum aliquot Sanctorum atque etiam Beatorum Officia Kalendario universalis Ecclesiae, nec non Kalendario particulari Urbis addidisset; *quo in utroque Kalendario habeantur sedes liberae ad nova officia introducenda*, Rubricam generalem Breviarii Romani *Tit. X de Translatione Festorum* immutandam praecepit, demptis videlicet translationibus Festorum Duplicium minorum (exceptis illis Sanctorum Ecclesiae Doctorum), et Festorum Semiduplicium. Itaque specialis ipsa Congregatio diebus 23 Junii et 2 Julii vertentis anni iterum coadunata est ad perficiendam, iuxta praefatam normam, textus Rubricarum correctionem. Nutu autem eiusdem Sanctissimi Domini Nostri, nonnulla insuper perpendere debuit immutatae Rubricae consecretaria, quae novam aliquam opportunam dispositionem prorsus requirere censebantur. Compertum quippe est, coactata translationum serie, superesse quidem, iuxta novae editae legis finem, sedes quamplures omnino liberas ad nova

officia in Kalendaris introducenda; interim tamen haud leviter inde augeri onus Officiorum Ferialium; quod imminuto hodie Cleri numero, auctisque aliis eius oneribus, minime convenire existimatur. Quemadmodum praeterea nuper Sanctitas Sua, ad evitandum ne Officia Sanctorum Benedicti Abbatis, Dominici et Francisci Confessorum, vigore immutatae Rubricae, saepe ad simplicem ritum reduci aut penitus omitti debeant, illa, attenta etiam tantorum Fundatorum praestantia, ad ritum Duplicis maioris elevavit; ita pariter censetur providendum quoad Festa Commemorationis Sancti Pauli Apostoli, et Sanctorum Angelorum Custodum; perpensa peculiari utriusque Officii qualitate, nec non specialibus Rubricarum privilegiis, quibus ea hactenus gavisa sunt. Tandem animadvertere, hac oblata occasione, licuit, Commemorationem de Octava Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli impediri Festo Pretiosissimi Sanguinis Domini Nostri Iesu Christi ritus Duplicis secundae clas, ac Festo Visitationis Beatae Mariae Virginis ad eundem ritum recenter elevato. Quod aegre ferendum Romae iure merito putatur, quam beatissimi Apostolorum Principes supra omnes mundi civitates tantopere nobilitaverunt, constituto ibi catholicae unitatis centro, supremoque et indefectibili veritatis magisterio.

Sacra igitur specialis Congregatio, hisce omnibus maturo examine perpensis, de singulis, si Sanctissimo Domino Nostro placuerit, ita decrevit:

I. Detur Indultum Generale tam Capitulis et Ecclesiasticorum Communitatibus quibuscumque, quam singulis de utroque Clero, persolvendi Officia Votiva per annum loco Officiorum Ferialium, praeterquam in Feriis, Quarta Cinerum, totius tempore Passionis, ac Sacri Adventus a die 17 ad 24 Decembris inclusive: quoad choralem quidem recitationem, de consensu Capituli seu Communitatis ab Ordinario semel pro semper adprobando; quoad privatam vero recitationem, ad libitum singulorum de Clero. Officia autem huiusmodi Votiva per annum, Missis Votivis in Missali Romano positae fere respondentia, haec pro singulis hebdomadae diebus adsignantur, nimirum: pro Feria II de Angelis, Feria III de Sanctis Apostolis (Romae vero de Ss. Petro et Paulo), Feria IV de S. Ioseph Sponso Beatae Mariae Virginis, Catholicae Ecclesiae Patrono, Feria V de Sanctissimo Eucharistiae Sacramento, Feria VI de Passione Domini Nostri Iesu Christi, Sabbatho de Immaculata Beatae Mariae Virginis Conceptione. Officia ipsa a Sacrorum Rituum Congregatione adprobanda erunt atque edenda. Firmis remanentibus aliis Votivorum Officiorum Indultis quibuscumque iam concessis:

II. Festa Commemorationis S. Pauli Apostoli die 30 Iunii, et Ss. Angelorum Custodum die 2 Octobris, a ritu Duplicis minoris ad ritum Duplicis maioris eleventur pro universa Ecclesia:

III. De festo Ss. Apostolorum Petri et Pauli, die 29 Iunii, Romae agatur Commemoratio singulis Octavae diebus, quocumque Festo occurrente.

Facta autem de praemissis per infrascriptum Secretarium Sanctissimo Domino Nostro LEONI PAPAE XIII fideli relatione, Sanctitas Sua hoc Sacrae ipsius Congregationis Decretum, indulgendo singula in eo contenta, in omnibus adprobavit et confirmavit, atque evulgari iussit. Die 5 eiusdem mensis Iulii et anni 1883.—D. CARDINALIS BARTOLINIUS S. R. C. PRAEFECTUS. L. ✠ S.—LAURENTIUS SALVATI S. R. C. *Secretarius*.

CRÓNICA PIADOSA.

En el Domingo último no faltó abundante Pasto espiritual al Religioso pueblo Leonés. La congregación de los Siervos de María, establecida en Santa Nonia, dedicó á su excelsa Patrona solemnes cultos, con Misa cantada y sermón predicado por el Lic. Sr. D. Bernardo Ortíz, Beneficiado de la Santa Catedral. Por la tarde, después de los ejercicios espirituales, se sacó en procesión la veneranda Imagen.

La cofradía de Nuestra Señora del Pozo celebró también una solemne función religiosa en la Iglesia de S. Lorenzo, habiendo sido orador el Dr. Sr. D. Vicente Sánchez de Castro, Lectoral de la Sta. Catedral: despues de la Misa tuvo lugar la procesión.

En los ejercicios ordinarios de tercer Domingo de mes, celebrados por la Congregación del Sagrado Corazón de Jesús en la Real Colegiata de San Isidoro, subió á la cátedra del Espíritu Santo el Dr. D. Luis Felipe Ortíz, Deán de la Sta. Catedral.

La festividad de la Exaltación de la Santa Cruz fué celebrada con solemnidad en la Catedral, en S. Marcelo y en S. Martín.

El Ilmo. Cabildo Catedral celebró el lunes último una Misa solemne de *Requiem* por el aniversario del Ilmo. Sr. Obispo D. Calisto Castrillo (Q. E. P. D.) de grata memoria para esta Diócesis, conforme á lo dispuesto en el Pontifical de Obispos.

Ayer empezó en el Santuario de la Virgen del Camino el Novenario Misión, anunciado en el número 36, con gran concurrencia de fieles, como esperábamos.

El 16 del presente dió principio en la Iglesia de las Escuelas Pías de San Marcos la Novena á Nuestra Señora de las Mercedes, la que tiene lugar todos los dias á las cinco de la tarde. El Domingo próximo á la misma hora se cantarán Vísperas solemnes, y el Lunes 24 se celebrará la función á las diez de la mañana con Misa mayor y sermón que predicará un P. del mismo Colegio; terminándose por la tarde á las cinco con el canto de Completas.